Hic auctor ponit ꝯceptionē generꝫ implicitā dicēs. Tu facies sepe ꝫ .i. ꝯceptionē generꝫ implicitā.in distribuēte.i.in noīe distributiuo. vt si demōstratis paride ⁊ helena dicat vterqꝫ iacet ꝓnus. In isto exēplo hoc nomē vterqꝫ virtute distributionis supponit ꝑ paride masculini gnīs. ⁊ helena feminini gnīs. q̄re valet tm̄ paris ⁊ helena iacent ꝓni. a ℂ Supius A. dixit de syllepsi. Nūc dicit de ꝓlepsi. Cōstrue sic. Prolepsis disiūgit.i.ꝑ ꝑtes diuidit regimē qd̄ ipa iūxerat añ.q.d. ꝙ in ꝓlepsi pᵒ sumit vnū totū in supposito vbi:qd̄ postea totū diuidit ꝑ ꝑtes. Et hoc pꝫ in exēplo ab auctore posito.hi metuūt alius dños ⁊c. Totū ē.hi.⁊ regit ab illo verbo metuūt a ꝑte añ ex vi ꝑsone ⁊ numeri. Aliꝰ ⁊ alius sunt ꝑtes: ⁊ regunt ab illo vbo metuūt ꝑ figuram q̄ dr̄ prolepsis. b ℂ Iste textus ꝫm aliquos exponit ꝙ ibi ꝓlepsis sit. ⁊ ꝫm aliquos ꝙ ibi sit zeugma. Aliud ꝯstructū ⁊ expositionē lr̄e. deinc excipe sniaꝫ ꝫm ꝙ videbit: cōstrue aūt aliquis reducit ad uerbū locutionis aliq̄n ntūm sumēdo illuꝫ extra illd̄.i.extra naturaꝫ illius qd̄ ꝓposuit.prolepsis aūt:non reducit ntūm ad verbū:sumēdo ipꝫ ntūꝫ extra illud qd̄ ꝓposuit añ: qd̄ pꝫ i exēplo ꝓlepsitico. nos legimꝰ. ego lucanū.tu boetiū. Ecce ꝙ ille ntūs ego. vel tu nō sumit ex illud ꝓpositū nos.immo ē de essentia ipsius tanq̄ ꝑs de essentia totius.zeugma vō bn̄ reducit ntūm ad verbū sumēdo ipm extra illud qd̄ ꝓpositū est vꝫ.hi. Nō.n.ille ntūs ego extrahit ab illo ꝓposito hi.immo ē aliena ꝑsona:Ex his pꝫ quō auctor latent innuit dr̄iaꝫ inter ꝓlepsim ⁊ zeugma. Cetera de textu sunt plana. c ℂ Supius A. determinauit de ntō ꝓut regit. Nūc aūt determinat de ipo ntō ꝓut absolute ponit. Et dicit. Tu inuenies rectū qn̄qꝫ absolutū regēte.i.absolute positū vt puta qn̄ numeramꝰ dicētes: vnus duo tres. isti vō nti non bn̄t vn̄ regant. De ipis.n.non intēdimus aliq̄ p̄dicare:sꝫ tm̄ ꝑ ipos numerare. Et nota ꝙ ntūs pl'ibus modis absolute ponit vt pꝫ in his vsibus. Absolutū rectū dubium breuitasqꝫ relatū. Hicqꝫ supscriptū numerꝫ titulū supadde. d ℂ Dicit ꝙ ꝫ aduerbiū. Ecce.solet dare rectū.i.ntū vē ꝓ ⁊ q̄rtū.i.actūm. vt si dicat. Ecce magister.ecce magistꝛ. Nota ꝙ ille ntūs aut ille actūs nō regit ab illo aduerbio.ecce:sꝫ ab vno vbo subintellecto vēit vl' adest. vide vel aspice. e ℂ Supius A. determinauit de ntō. Nūc āt determiat de regimīe obliquorꝫ. Et dicit ꝙ regimē obliquorꝫ qd̄ scire laboras ē vt pꝫ in seq̄ntibus. f ℂ Hic A. dat ordinē quē sibi obseruaturus in dictōibꝰ determinādo de regimīe obliquorꝫ. Et dicē ꝙ pᵒ intēdit dicere de regimīe qd̄ fit ꝑ noia: post hec de illo qd̄ fit ꝑ vba dehinc de illo qd̄ fit per cetera.i.per ceteras partes orationis. g ℂ Hortat lectorē ꝙ bn̄ notet exēpla.qm̄ in ipis apte videbit oia regimina supdicta. h ℂ Dicit ꝙ noia importātia possessionē regūt gtūm significantē possessorē. ⁊ determiat illd̄ regimē ex vi possessionis. vt capra petri. i ℂ Posita regula generaliori. vꝫ.d

Hoc etiam sepe[a] facias in distribuente:
Pronus vterqꝫ iacet de paride dic helenaqꝫ
Disiūgit regimen[b] quod iunxerat ante prolepsis
Hi metuūt:alius dños:aliusqꝫ magistros:
Aut quod proposuit[c] extra sumendo reducit:
Hi properant ⁊ ego.tu ludis:⁊ ille sedendo
Inuenies rectum[d] quandoqꝫ regente solutum:
Ecce tibi rectum quartum ve[e] solet dare casum
e Et obliquorꝫ regimen quod[f] scire laboras
In primis regimen[g] qd̄ fit ꝑ noia post hec
Quod ꝑ verba[h]:de hinc qd̄ fit ꝑ cetera dicam.
Hinc exempla notes quibus ista videbis apte.
Nomen significans possessum dat genitiuo:
Dicere si vere possis istud mea res est.

de ꝯceptione generū iplicita
de regimine nti posit in ꝓlepsi.
de Regienti positi. i zeugma.
de absolutiōe nti.
de regis. obliquorꝫ ⁊ pᵒ gti

gtō prout regit̄ ex vi possessionis. nūc aūt ad maiorē euidentiā rei diuidit possessionez .s. in purā ⁊ nō purā. Et dicit ꝙ possessio pura ē qn̄ possessor ostēsa possessiōe: pōt vere dicere. istud est meū vel mea res nihil addēdo. vt equ⁹ regis. aula ducis. Et de hac possessione intendit dicere cū dicit. Dicere si vere possis. a ℂ Nūc dicit ꝙ nō pura possessio ē qn̄ possessor ostensa possessione nō pōt vere dicere illud ē meū vel mea: res: nisi aliud addat. verbigrā ostēso v cino vel socio nō possuz vere dicere. hoc est meū. siue meus nisi addat vicinus vel socius. Et hoc intēdit cū dicit. Si petis adiūgi. de inde dicit. ꝙ hec talis possessio diuidit̄ in plures speties: de quibus infra tractabit̄.

Cum nihil adiungas: tunc est possessio pura:
Dentur in exēpla tibi: regis equus ducis aula.
Si petis adiungi[a]: non est possessio pura
Per plures species huius diuisio fiet.
Pars propriūq₃ regunt[b] genitiuos atq₃ regūt̄
Dum tamē attendas laudē vel crimē vtrinq₃.
Dextra viri fortis speciem superat mulieris
Uir fortis dextre: speciei femina mire.
Uir duri capitis: ⁊ forma femina turpis
Et debet parti[c]: quod pars fuit annumerari.
Clausum sum parte[d] dices tunc temporis esse
Contentum regit hos[e]: ⁊ res q̄ continet illud:
Ut vinum vasis: ⁊ sunt duo dolia vini
Contentis suberunt[f] ea que contenta fuerunt
Tempus qui fiunt[g] in eodem continet actus

b ℂ In his v̄sibus ponit quattuor regulas. cū exemplis eaꝝ d̄ regimīe gti. Primas duas pōit. cū dicit. pars ꝓpriūq₃ regūt genitiuos. Alias duas ponit cū dicit. Atq₃ regunt̄ Duz tn̄ attendas ⁊c̄ Expone sic. Pars .i. dictio significās partē alicuius rei. vt pes. et manus: q₃. p ⁊. propriū .i. dictio significās ꝓprietatē alicuius subiecti vt sp̄es ⁊ forma regūt gtōs denotantes illā rē ⁊ illud subiectum vt pes petri: et forma mulieris: petri regitur ex vi ptis: ⁊ mulieris. regit̄ ex vi proprietat̄ deinde dicit atq₃ regūtur. Ecce alias duas.

De regie gti ex vi d̄ monstrationic essentie.

Expone. Atq₃ p ⁊ gtūs significās ptē ⁊ ꝓpretatē regit̄ a dictiōe denotāte totū ptis vel subiectū ꝓprietat̄. Dū tn̄ attēdas laudē vel crimē vtrinq₃ .i. ab vtraq₃ pte. v₃. totius ⁊ ꝓprietat̄: q̄si dicat ꝙ totū nō pōt regere ptē: nec subiectū pōt regere ꝓprietatē in gtō nisi addat̄ laus vel vitupiū. Exēplū de laude. vir fortis dextre. femia mire spēi. Exemplū de vitupio. vir duri capit̄. ⁊ femia turpis forme. Et ē sciēduz ꝙ illi gti laudis. vel vitupij regūtur ex natura declarationis vel demonstrationis essentie.

c ℂ Dicit ꝙ dictio desi gnās illō qd̄ oliz fuit ps: l₃ mō nō sit q: forte totū ꝯsumptū ē d₃ annumerari ptim .i. qd̄ ita pōt ꝯstrui cū gtō ac si de pn̄ti esset ps. vt pes porci: ⁊ caput piscis ē nobis gratū. d ℂ Dicit ꝙ dictio designās tp̄s regit suū totū in gtō ex vi ptis vt cū dicim⁹. tūc tpis regit̄ ex vi ptis ab illo aduerbio tūc. Et resoluit̄ tūc .i. in illa pte. e ℂ Dicit ꝙ dictio designās rē ꝯtentā regit rē ꝯtinētez in gtō ex vi ꝯtēti. vt vinū vasis: ⁊ dictio significās rez q̄ ꝯtinet illō .s. ꝯtinentē regit ip̄z i gtō ex vi rei ꝯtinēt̄. vt duo dolia vini. f ℂ Dicit ꝙ nomina significantia ea q̄ fuerunt aliqn̄ ꝯtēta suberunt. ꝯtētis .i. hēbunt ꝯstructionē gti datā in p̄cedēti regula .i. licet de pn̄ti non sint. possunt tn̄ dici ꝯtenta. vt vinum vegetis ego bibi. Nā dum bibere vinum: non amplius erat in vegete: inmo iam erat extra. vel possibile fuit in dicta vegete ipsum non fuisse. g ℂ Dicit ꝙ dictio denotās aliquē actū in tp̄e regit ip̄z tp̄s in gtō ex vi tpalis actus. Exemplū opus trium dieꝝ .i. opus factū in tribus diebus. Et dictio significās tēpus

regit accusatiuū factū in tpe in gtō. vt dies laboris: Cōstrue tps ptinet actus q fiūt in eodē. s. tpe. a ❡ Dicit q noia significātia plationē regūt gtūz denotantē famulatū ex vi plationis vt rex huius populi. Itē noia significantia famulatū regūt gtūz denotantē plationē ex vi famulatus vt minister regis. b ❡ Dicit q noia significantia pximitatē vt vicinus: et ꝓrietatē vt hostis. et gñationē vt pr̄ pstruunt cū gtō ex natura pdicta siue ex natura correlatiui respectus: qd alij exprimūt. i. ex vi pximitatis. communitatis et gñis reddēdo singula singulis. c ❡ Dicit q a vbis trāsitiuis descendunt noia vbalia in or desinētia vt ab amo. descēdit. hoc nomē amator amatoris: et ēt descēdūt vbalia in trix desinētia. vt amatrix. cis. Dicit ēt. q presēs pticipiū dictorū vborū. aliqñ ponit p noie. vt amans. et ista talia nomina regūt istos casus pdictos vz gtōs ex nā actus puersi in habitū. vt amator vini. amatrix vini: amans vini Et exēpla hec ponit cū dicit. Cuilibet istorū poteris. &c. poteris dare gtūm casūz cuilibet pdictorum nominum. d ❡ Dicit Auctor q dictiones habētes viz pdictarū sunt pares. i. similes qztū ad modū pstruendi. vt puer cupidus ludi: qz p et timidus flagelli Nā iste dictiōes cupidus et timidus habēt viz nominū verbaliū. Ideo seruāt viz earū pstruendo e ❡ Hic auctor ppōnit determinare de regimine gti put regit. ex vi cause. Et habet fieri multis modis put patebit inferius. dicit g sic Regimē de gtō dat hic artifici. q. d. q artifex regitur in gtō ab artificio ex natura cause efficientis. vt epistola pauli. f ❡ Dicit q dictio significās effectuz regit cā rē pp quā effectus ē ex natura effectus cause finalis vt busta parentū. g ❡ Hec regula fere filīs ē pdcē. Nam et gtūs iste regit ex natura effectus cause efficient. fere dico qm̄ pdicta regula de cā efficiēte datur de rebus corporeis: ista vo de reb9 incorporeis. vt pz intuēti. h ❡ Dicit Auctor q dictio recta et regēs aliqñ idē significāt. et tūc gtūs regit ex natura indentitat. vt vtus vera dei. Nā vera vtus et deus idē sunt. i ❡ Dicit q dictio designās rē materiā regit ipaz materiā in gtō vel in ablō cū ꝓpositiōe de vel ex ex natura effect9 cāe materialis. vt anulus auri vel de auro. k ❡ Dicit q noia relatiua q exemplificat in lra. vt duplū quadruplū spēs et gn9 regūt gtūz ex natura correlationis siue

His adiungatur[a] prelatio cum famulatu
Rex huius populi venit: resqz minister
Proximitas cōtrarietas[b] genus his sociatur:
Huius vicinus hostis regis pater eius
Verbum quod transit[c] dat in or vbale vel i trix:
Presens participans p nomine ponit istos:
Ista regunt casus: vt amās amator amatrix:
Cuilibet istorum poteris coniungere vini.
Suntqz regendo pares[d]: predictis eqparantes
Vt cupidus ludi puer est: timidusqz flagelli
Artifici regimen dant hoc[e]: vt epistola pauli
Qōqz fit ob casū[f] regit hos velut ara triūphi,
Effectus nomen[g] iunges cause genitiuo.
Effectus culpe pudor est et pena reatus
Illud quod regitur[h] et rector idem tibi signāt:
Virtus vera dei nos crimine purget ab omni.
Materiam signans[i] iungatur: vt anulus auri
Aut ablatiuum dabit ex vel de preeunte
Adde relatiuum[k] sunt dupla quaterna duorum:
Sic speciem generis: dicatqz genus spetiei

monstrationis. vt q̄terna sunt dupla duoꝝ. ꝛ spēs gn̄is ꝛ genus spēi. Nec intelligas de oībus relatiuis. ſ; solū de illis de qbus exēplificat. v; de illis de qbus posita se ponūt ꝛ pempta se perimūt. vt duplū ꝛ q̄druplū: spēs ꝛ genus q̄ relatiua sunt potius logicalia q̄ȝ grāmaticalia. a ¶ Dicit ꝙ noīa ptitiua. vt qlibet alter. vter. neuter. Et numeralia vt duo. ꝛ ordīnalia vt q̄rtus regūt gt̄m ex vi ptitionis. vt quilibet istoꝝ. b ¶ Dicit ꝙ medius gradus. i. ꝯpatiuus qn̄ ptitio notaꝛ in locutiōe ꝯstruiꝛ cu; gtō vt cū dr̄ fortior ianuensiū. Et nota ꝙ subintelligiꝛ nomē ptitiuū. s. a q̄ noīe ptitiuo regitur ille gtūs. c Dicit ꝙ hoc aduerbiū vbiq; ꝯstruiꝛ cum gtō. ac si esset partitiuu;.

Cum partitiuis[a] numeꝝ serienq; locabis.
Quili bet alter vterneuter duo quartus eorum:
Pone gradū mediū[b] partitio quando notaꝛ:
Ut partitiuum[c] pones vbiq; locorum
Sub partitiuis[d] pronomina terna locabis.
Ut volucrum canit hec: gemit illa: tacēs manet ista
Dat gradui summo[e] genitiuu; plura notante;
Est salomon populi ditissimus atq; virorum
Iste gradus geminos qn̄q; regit genitiuos:
Esse solet nemorum regum ditissimus iste:
Ex positum poterit[f] regimen tibi notificare:
Idq; quod essē solet[g] de consuetudine iungam:
Ut campo pistor horum scola siue capella
Letitie cathedram[h] sub consuetudine ponam
Additur excellens: flos florum[i] virgo beata.
His precium iunges[k] vt salmo trium solidorū
Etatem iungo[l] velut annorum puer octo.
Mēsuramq; notās[m] vt vasa trium modioꝝ

d ¶ Dicit ꝙ hec tria pnomina. s. hic ille: et iste ꝯstruunꝛ cū gtō: ac si essent ptitiua.
e ¶ Dicit ꝙ suplatiuu; regit post se gtūm plurale vel singulare; noīs collectiui. vt salomon ē ditissimus ppl'i: vel viroꝝ. Deinde dicit ꝙ iste gradꝰ suplatiuus. aliqn̄ regit duos gtōs. vnū. s. ex natura suplationis alteꝝ ex vi positiui. vt iste solet esse ditissimus regū nemoꝝ. i. regu; regiꝛ ex vi suplatiōis nemoꝝ ex vi positiui.
f ¶ Hic auctor declarat illud: qđ dixit. v;. ꝙ suplatiuus gradꝰ aliqn̄ pōt regere duos genitiuos. Et dicꝛ ꝙ regimē expositū poterit tibi notificare. q. d. ꝙ tu poteris resoluere suplatiuū in suū positiuu; ꝛ aduerbiū valde. postea videas si positiuū pōt ꝯstrui cū gtō. q2 sil'r ꝛ suplatiuū poterit cū dcō gtō ꝯstrui: vbi gr̄a. ditissimus exponiꝛ. i. valde diues. Et q2 diues. pōt regere gtūm. Ideo ditissimus potest regere illū gtūm. vt diues nemoꝝ ꝛ ditissimus nemorū.
g ¶ Dicit A. ꝙ nō solū ea q̄ p̄ncipal'r sūt in actu hn̄t dcās regulas vificare: s; ēt id. ꝙ eē solet d ꝯsuetudine: l; nō n̄ sit. h; obseruare dcās regulas. vt si dicā: pistor hoꝝ: l; nō n̄ sit pistor tn̄ pistor ꝯstruiꝛ cū illo gtō hoꝝ ac si de p̄nti eēt pistor eoꝝ. ꝛ ē sciendū ꝙ hec regula ē cōis ad oēs p̄dictas sbseq̄ntes de regīe gti. h ¶ Dicit A. ego ponā sb ꝯsuetudine regis p̄dicti hāc ꝯstructionē cathedrā letitie. Nā l; ista cathedra nō nō demonstret letitiā. tn̄ q2 ꝯsueuit letitiā d̄mōstrare. ꝛ ꝯstruiꝛ cū gtō illo letitie ex vi demr̄atōis eētie ac si esset de p̄nti. i ¶ Quasi dicat ꝙ ntūs singl'aris positꝰ sup gtō pl'ali. regit illū gtū; ex nā excellētie vt flos floꝝ. k ¶ Dicit ꝙ dictio p quā significaꝛ res apta vēdi vl' emi regit p̄ciū in gtō. l ¶ Alexāder dicꝛ ꝙ ego iūgā p̄dicto regimini etatē. i. eēntia h; specificari ex etate. vt puer octo annoꝝ. m ¶ Dicit A. ꝙ noīa q̄ hn̄t specificari p mensurā ꝯstruūꝛ cū gtō ex nā rei mēsurate: cū gtō dico determinante mensurā. ꝛ scdm aliquos ex natura declarationis essentie.

a ℂ Dicit A. q nomē aliqd representās vel figurā ↄstruit cū gtō significante repñtatum vel figuratū ex natura repñtationis vel figurationis. vt in hoc signo crucis: et in imagine regis. b ℂ Dicit A. q ppria noīa ↄstruunt cū gtō nō p se sed p suppletionē noīs appellatiui. vt dalila sansonis sbintelligit vxor: maria iacobi subintelligit mr c ℂ Dicit A. expediēdo se de regie gti put regit a noīe q tu ↄperies. i. inuenies mlta noīa in gtis casib9 ↄstructa cū p qñ tu resolues possessiuā: q̄ qdē in se implicāt gtiuū pmitiui vt si dicam9. Euādri9 ensis resoluit sic. ensis euādri. Et dr q fere oēs ↄstructiones pdicte de gtō possessorie sunt vl reducibiles ad possessoriā. Nā sm Priscia. ois ↄstructio: q̄ pōt resolui p habens ꝛ possidens: possessoria dicitur esse

d ℂ Nūc A. determinat de gtō put regitur a vbo. Et dic̄ q ptinētia ad memoriā ꝛ eorū deriuata vt oblit9 memini Memor ꝛ recordor ↄstruūtur cum gtō ex vi significatiōis verbi vt obliuiscor lectionis. idest patior obliuionem lectionis.

De regie gti a vbis impsonalibus: ex vi ptinentie: significate p modum vt alteri9

e ℂ Dicit q interest: ꝛ refert ↄstruunt cū oībus gtis casibus. pter cū qnqꝫ gtis casib9 pmitiuoꝝ pnominum. s. mei tui sui nostri: ꝛ vri Exēpla patēt in littera

f ℂ Dicit q hoc vbuꝫ est qñ intelligit pro ptinet addit istis. s predictis verbis. vꝫ. q eodē mō ↄstruit cū gtō sicut ipsa. Exempla patent in littera.

De regie dti ex vi possessiōis

g ℂ Dicit A. q dictio designās ptinentiā ꝛ officiū ↄstruit cū gtō post se ex vi ptinētie ꝛ officij. Exēpla patent in littera.

Rēqꝫ representans[a] regit hūc aut signa figurās
In crucis hoc signo vel regis imagine signo.
Per supplementum[b] propriis iunges genitiuū
Dalida sansonis probat hoc iacobiqꝫ maria
Multaqꝫ ↄperies[c]: cum possessiua resolues
Addit oblitus memini[d] memor atqꝫ recordor.
Inter ꝛ est iunge[e]: demes pronomina quinqꝫ
Intererit regis vt regnum iure gubernet
Regine refert: vt viuat crimine pura.
Est intellectum[f] pro pertinet additur istis.
Est patris matrisqꝫ pie succurrere nato.
Dat regimen simile[g] qd pertinet officiumqꝫ
Et custos rex: sic ꝛ custodia rerum:
Et rectore caret genitiuus[h] sepe localis
Cum nullum motum designes: dum preuntis
Sit numeri nomen sit prime siue secunde.
Rhotomagi studeas vel rome deinde moreris
Militie tamen atqꝫ domi residebis humiqꝫ
Vespere pascalis hoc[i] poni more videt
P Ossessiuū debes[k] sociare genusqꝫ datiuo
Cū vbo p quod substantia significat

h ℂ Dicit A. q gtūs aliqñ a nullo regit. sꝫ absolute ponit. Et dicit q gtūs localis sepe caret rectore. i. dictiōe regēte dū nullū modū designes. i. dū iūgit vbo significāti pmanētiā. vt sto ꝛ studeo. dū ēt motus localis sit puntis numeri. i. singlāris sit pme siue scde declinatiōis. Exēpla ponūt in littera. Rothomagi studeas ꝛc. ꝛ nota q hec regula ē de ppriis nominibus locoꝝ simpliciū. Adduntur tñ ista tria vꝫ. militia. domus ꝛ humus. Jō dicit Auctor. militie tñ atqꝫ domi ꝛc.
i ℂ Iste vsus varias hꝫ expositiōes. text9 āt sic sonat. vespe pascal. i. illa dictio vespe q̄ legit i officio pascali cū dr vespe āt sabati ꝛc. vr poni h more. q. s. pdcā noia localia.
k E xpedito de regie gti. A. determinat de regie dti. Et pmo ponit regulā talē Noīa significantia possessū seu rē possessā vt equ9 ꝛ liber. Et noīa significan

tia genus seu parentellā vt pater ⁊ sanguineus ꝯstruuntur cū dtō mediante vbo substantiuo sum es est. vt iste equus est mihi ⁊ ille homo est pater tibi.
a ℂ Dicit A. ꝙ voces relatiue .i. logicales intellige vt dn̄s ⁊ seruus gubernāt: hoc ē regūt hūc .s. datiuū mediāte vbo substātiuo. vt iste est dn̄s mihi. ⁊ ille ē seruus tibi.
b ℂ Dicit ꝙ noīa importātia ꝯrietatē. vt dissimilis inimicus. ⁊ proximitatē. vt vicinus ⁊ ꝓpinqu⁹ ꝯstruunt cū dtō. vt sup̄ patēt exēpla. c ℂ Dicit ꝙ noīa in bilis: aut in dus ꝺsinētia. vt amabilis ⁊ amādus ꝯstruunt cū dtō. Exēpla patēt in lr̄a. Sic nobis xp̄s. d ℂ Hic ponit alia talis. Dictiōes significātes damnuz vt grauis ⁊ tediosus aut vtilitatē. vt grat⁹ ⁊ amorosus ꝯstruuntur cū dtō. Exēpla patēt.

Sicqz relatiue[a] voces hunc sepe gubernāt.
His contrarietas[b] societur proximitasqz:
Isti dissimilis vicinus: siue propinquus.
In bilis aut in dus[c] verbalia iungis eisdem
Sic nobis christus ⁊ amabilis est ⁊ amandus
Damnum significans[d]: aut vtile pone datiuo.
Hic patri gratus: hostiqz grauis dare debet:
Patri si possit illud quod subtrahit hosti.
Istius regimen:[e] dabit ācqsitio casus.
Nobis est passus: qui nobis cuncta creauit
Nobis surrexit: qui nobis tartara fregit
Verbo sepe duos[f] dabis acquirendo datiuos.
Hec mihi sunt lucro: sunt nobis cetera damno:
Acquisitiua notes: quibus acquisita videto
Sepe resoluis in ab[g]: huic v isus ab illo.
His preceptiua[h] quarti siue potes dare verba
Junges que fari signant aut significare.
Hec ibi clarifico signo vel deuoto scribo.
Erudio doceo iubeo simul instruo disco
Ac introduco debes coniungere quarto
Dum tamen acquiris decet hec sociare datiuis
Obuius atqz viā vio ue[i] simul heu quoqz iūgā
Contingit accidit euenit[k] ⁊ placet adde datiuo.
Et libet atqz lz liquet ⁊ vacat addit istis
a Ccusatiui regimen[l] subiungitur istis

e ℂ Dicit ꝙ acqsitio dabit regimē istius casus. q. d. ꝙ dtūs aliqñ regit ex natura acqsitionis vt patet in exemplis positis in lr̄a. ⁊ exponit nobis .i. ad vtilitatem nostram.
f ℂ Dicit ꝙ verbum acqsitiue: positū sepe regit duos dtōs vnuz ex natura acqsitionis. aliū ex natura cāe finalis. vt hec mihi sūt lucro. Jdō notāter subdit Acqsita notes. q. d. ꝙ in tali ꝯstructione. Tu debes notare acqsitiua. ⁊ ea q̄ sunt acqsita. verbi grā hec mihi sūt lucro .i. hec sunt mihi. ad lucrum.
g ℂ Dicit ꝙ datiuus sepe resoluitur in ablatiuum cū prepositione a vel ab. vt visus huic .i. est visus ab hoc
h ℂ Dicit ꝙ ptinentia ad ꝑcipiendū. ut iubeo. ad loquendū vt dico: ad notificādū vt clarifico pūt ꝯstrui cū datiuo ⁊ cū actō. vt ego iubeo tibi: lz Dico tibi vex: clarifico tibi argumentū. ⁊ sic de siꝉ'ibus.

De regiedi a ptib⁹ nō ꝑncipalib⁹: qd fit ex vi: uel significationis.

i ℂ Dicit ꝙ lz nomē obuius .a. um. ⁊ lz aduerbiū obuiā. ⁊ lz vbū obuio as. ⁊ he due interiectiōes significatiōis dolenti. scz ve ⁊ heu ꝯstruunt cū dtīs casibus: obuius tibi obuiā illi obuio vobis. heu tibi. ve illi.
k ℂ Dicit ꝙ ista vba in lr̄a posita ⁊ siꝉa pūt ꝯstrui cū dtō vt mihi placz scribere
l q Uasi dicat qd̄ protectio de regiml̄e datiui. dicentuz est de regimine accusatiui

a ❡ Dicit q sepe proprietas partis attribuit toti: ⁊ totũ regit illã ptẽ in actõ p figurã q̃ dr̃ synecdoche. vt mulier nigra faciẽ. b ❡ Dicit q multotiẽs vnũ verbũ hꝫ significata duoꝝ verboꝝ: quoꝝ vnũ solet significari p vocẽ gerũdij inclusi in significatiõe dicti vbi. vt doceo te grãmaticã. i. doceo te tradẽdo grãmaticã. deinde dic: q hͦ tale verbũ dat tibi binos actõs dũ maneat actiuũ. Et hoc dicit. qꝛ si esset passiuum nõ posset regere duos accusatiuos vt doceor. Preterea dicit: q alter illoꝝ duoꝝ accusatiuoꝝ q regunt ab actiuo nõ variãt. i. ñ mutat si iũgat passiuis. vt doceo te grãmaticã c ❡ Dicit q infinitiui verboꝝ psonaliũ añ se regit actũm ex natura infinitiui. Notãter dico verboꝝ psonaliũ: qꝛ infinitiui verborũ impsonaliũ non hñt istũ modũ ɔstruẽdi. Et hoc ẽ qd̃ auctor dicit: Impsonalis tamẽ hinc modus excipiatur.

De regie acti verb regẽtibus duos accusatinos sit ex vi trãsitionis.

De regie acti ab infinitiuo verboꝝ regẽtiuꝫ duos actõs

Sepe quod est partis[a]: toti datur ⁊ regit illam.
Est ibi sinecdoche: quãdo faciem nigra dentes:
Albet nuda pedes: mulier redimita capillos
Multotiens verbum[b] fert significata duorum.
Vocẽ gerundiui solet vnum significari
Accusatiuos hoc verbum dat tibi binos
Dum manet actiuũ: sed ⁊ alter habetur eorum
Qui si iungatur passiuo non variatur.
Infinitiui natura[c] modi sociatur.
Impersonalis tamen hinc modus excipiatur.
Hinc datur exemplũ[d] tibi triplex: dico magistꝝ
Discipulos mores placidos de iure docere.
In finitiui natura[d] regit preeuntem:
Doctrinam capiens regitur vi transitionis:
Hocqꝫ gerundiuum tradendo dat tibi clausum
Cuius vir regitur casus qui non variatur.
Dum per passiui vocem volo dicta resolui.
Aut illic positi regit hunc vis propria verbi.
Accusatiuis data[f] per vim transitionis.
Si vox concordet: actiua frequenter habebis:

d ❡ Modo ponit auctor exemplũ triplex. i. exemplũ triplicis accusatiui de quo tractatũ ẽ in duabus regulis prime dictis: ⁊ dicit. Ego dico magistꝝ docere de iure discipulos placidos mores. Quõ aũt regant illi tres accusatiui. declarat in sequentibus.

e ❡ In his vsibus auctor declarat ex q̃ natura regunt illi tres accusatiui de quibus tradidit exemplũ illud. s. dico magistꝝ discipulos mores placidos de iure docere: et dicit q primus actũs. s. magistrũ regit ab illo infinitiuo docere ex pte añ: ex vi infinitiui. postea dicit quod capiens doctrinam idest accusatiuus representans doctrinam in capiente videlicet discipulos regitur ab illo infinitio docere ex parte post ex vi transitionis. demum dicit q in tali constructione includitur illud gerundium tradendo sicut ante dictum est in illa parte. Multotiens verbum ⁊c. ⁊ ex vi illius gerundij: tradendo regitur ille accusatiuus mores placidos qui accusatiuus non variatur dum fit conuersa locutio de actiuo in passiuum. Aut quod propria vis verbi positi in constructione illa regit hunc. s. accusatiuum vltimatum. Et sic non expedit qd̃ regatur ex vi gerundij.

f ❡ Dicit Auctor q verba regentia post se actũm ex vi transitionis frequenter habentur actiua si vox concordat hoc est si habeant vocem actiuam. vꝫ si desinat in o. ⁊ hoc fit propter aliqua deponentia. vt sequor ⁊ similia: q̃ licet regãt accusatiuum p vim transitionis ⁊ habent significationem actiuam: non tamen habent vocem actiuam.

a ¶ Quasi dicat q verba composita ex prepositionibus aliquando regunt actm aut aliu casu ex vi prepositionis composite. vt vis exire penates: ille actus penates regit ab illo verbo exire ex vi prepositionis composite. Componitur enim exeo ex extra corrupto et eo is. Potest tamen componi ex ex et eo is et regere post se ablatiuum. vt in Esopo. Semen exit humo.
b ¶ Auctor dicit q verba in littera posita intransitiue construunt cum acto ex parte ante ex natura sue impersonalitatis siue ex natura actu receptibilis per modum vt in quo, et a parte post construunt cum gto ex natura transitionis siue ex natura effectus cause efficientis. vt me penitet peccatorum.
c ¶ Quasi dicat q verba pertinentia ad accusandum vt accuso et inculpo. ad damnum vt damno et condemno construuntur cum acto et gto. vt accuso te lese maiestatis et condemno petrum pene capitis

Verbo composito[a] casum quandoque locabis
Quem dat componens: vt vis exire penates
Penitet et tedet[b] miseret piget et pudet ista
Accusatiuos sibi iungunt et genitiuos.
Natura primum sed transitione secundum
Accusansque modo[c] damnansque locatur eodem:
Verbaque sumpta foris[d]: xpi bonus ardet amorem.
Que sine persona sunt[e]: atque gerundia iungis
Si tamen a verbo quod transeat illa creabis
Matheum legitur: psalmos erat ante legendum:
Postulo posco peto[f] doceo lego flagito celo
Exuo cum vestit monet induo calcio cingo
Accusatiuos geminos hec verba requirunt:
Hunc dant passiua: quem verba volunt tibi clausa
Seu quem vis verbi sibi postulat associari
Ornatus verbum[g] spaciique more gubernant
Accusatiuos vocum: quem talia signant.
Te vesti tunicam. perges iam milia septem:
Sepe regente caret[h] vite modus: idque probato
Vir bone viue deum: sic viues secula cuncta
His obliuiscor[i] iunges meminique recordor.

d ¶ Dicit q verba sumpta foris. i. transumptiue. regant post se actum. vt bonus homo ardet amorem xpi. i. ardenter amat
e ¶ Dicit q verba siue persona. i. impersonalia necnon gerundia et supina. venientia a verbo q transeat. i. a verbo regente actum post se construunt cum acto ex parte post vt a me legitur. Matheum. et ante erat legendum psalmos
f ¶ Dicit Auctor: quod verba in littera posita regunt duos actos vt postulo te veniam. preterea dicit q passiua dictorum verborum regunt post se vnum de duobus dictis actis. illum. s. quem regunt verba ibi clausa: idest verba gerundia in dictis verbis inclusa siue illum quem propria vis verbi. i. propria significatiuo verbi postulabat sibi associari. vt exuor a te tunicam.

De regie acti verbis impsonalibus actiue vocis regentibus ac cusatiuum et gtum sit gtus ex vi effectus cause efficientis et actus ex ui transitionis.

g ¶ Dicit Auctor q verba pertinentia ad ornatum vt vestio. ad spacium vt vado et pergo. ad moram: vt sto et maneo. gubernant idest regunt accusatiuos vocum. hoc est dictionum. que signant. i. significant talia predicta. videlicet ornatum spacium: moram vt patet in his exemplis. Ego vesti te tunicam. tu pergis iam milia septem. Ego steti tecum duos menses. Uerumtamen sciendum est q in his duabus vltimis constructionibus subintelligitur ista prepositio p. h ¶ Hic auctor dicit q actus representans modum vite seu modum viuendi sepe caret dictione regente. i. ponitur absolute. vt patet in exemplis auctoris.
i ¶ Quasi dicat q verba pertinentia ad memoriam possunt construi cum acto casu. vt ego recordor lectionem. Super isto passu nota q verba predicta possunt construi cum gto cum acto et cum ablto.

sed aliter ⁊ aliter. Nā si ꝯstruant̄ cū gtō vel abltō pars rei denotat̄. vt recordor lectionis vel lectiōe. Et ē sensus memorie habeo ptē lectionis ⁊ nō totā lectionē. Si vero ꝯstruant̄ cū actō tūc denotamus totū. vt recordor lectionē.i.scio totā lectionē. Vn̄ grecismus. Si diuersifices rem reiq₃ recordor. Tuncq₃ rei cum pars; tantummodo scita recordor. Tuncq₃ recordor eā cū perfecte scio totā. a ℭ Sentētia est ꝙ v̄ba in littera posita ꝯstruunt̄ cū actō: vt me delectat legere. b ℭ Dicit ꝙ he due dictiōes: o ⁊ heu solēt regere actūm. vt ho Petrum virum infinite prudētie. heu me infelicem. c ℭ Quasi dicat ꝙ ista ꝑpositio per ⁊ alie volunt accusatiuo casui deseruire. ponit̄ exemplū in littera per ui cos itur ad vrbes

De regie acti a ptibus indeclinabilibus: ex vi sue significationis.

d ℭ Dicit ꝙ ista prepositio in qn̄ ponit̄ pro ꝯ̄ seruit actō. vt vado in hostes.i.ꝯtra hostes Item in non soluz construit̄ cū actō: ꝓut valet tantum sicut cōtra. s₃ ēt alijs decē modis. Primo: qn̄ ꝯstruit̄ cuz v̄bo importāte motum ad locū. vt vado in domū. Scdō qn̄ notat inherentiā siue intēdentiā in aliud. vt credo ī deuz. Tertio qn̄ notat silitudinē. vt ille locutus est in hec v̄ba.i.ad silitudinē illoꝝ v̄boruz Quarto quādo denotat mutationē. vt domus ꝯuersa est in cineres. Quito qn̄ notat expositionē. vt beda scribit in marcuz. Sexto qn̄ notat affectum. Ut ille ē bonus in amicos

His adiūgas iuuat [a] atq₃ decet delectat oportet
O q₃ sibi quartū [b] solet heu quoq₃ iungere casū
Adde per ⁊ similes [c]: per vicos itur ad vrbes
Inq₃ notans contra quarto [d] solet esse locata
Hunc gerundiuis: [e] casum veteres posuere:
Ut supponentem quod multorum tenet vsus:
Sepe regente [f] loci nomen caret vt babylonem
Rusq₃ domum vel militiā rex uadit humūq₃:
Nomen que uillis sunt appropriata locone:
Qui minor ē ꝟuant hanc normā: sunt ⁊ eisdem
Rus ⁊ militia domus ac humus associanda
a Ablatiuoꝝ regimen [g] subiungitur istis.
O q₃ sibi qntum [h] qn̄q₃ solet regere casuz
Tres notat esse gradus [i] q compat: inde notabit
Multimodum regimen qui rem discernit apte
Ditior est auro sapiens salomone sybilla
Permagis expone regimēq₃ uidebis apte
Est auro diues regina magis salomone.

.i.h₃ bonā affectionē circa amicos. Septimo qn̄ denotat̄ euentus. vt illud euenit in damnū suum. ⁊ sic seqtur. Vn̄ versus Contra siue locū notat intēdit similat̄. Mutat ⁊ exponit simul afficit euenitq₃. Usq₃ subaudit̄ infinitaq₃ diurnat: Undenis vicibus. sic in quarto sociabis. e ℭ Dicit ꝙ gerundia an̄ se ꝯstruunt̄ cū actō casu: ⁊ hoc ꝯm antiquos. vel in ꝯuertendo ppños in vnū. hoc ēt tenet vsus antiquoꝝ ⁊ modernorum multoꝝ. f ℭ Dicit auctor ꝙ noia localia sepe aduerbialiter ponunt̄ in actō casu ut rex vadit babylonē postea declarat istā regulā dicēs ꝙ noia que sūt appropiata villis ⁊ ciuitatibus. Ut bononia. ⁊ que sūt appropriata loco q minor ē vt puta castris burgis ꝟuāt normā ꝑdictā. Et ista q̄ttuor appellatiua rus dom⁹ hum⁹ ⁊ militia sūt associanda predictis. g ℭ Expedito de regimine accusatiui regimen ablatiuorum subiungitur. Tamen aliqui habent prius hūc versum.

b e T merito ꝙ abltūs seqt̄ vtūz ⁊ vtūs ꝑcedit. Sniā ē ꝙ hoc aduerbiū o solet regere qntū i. vtūz casuz. qn̄q₃.i. aliqn̄. v₃ qn̄ ē aduerbiū vocādi ut o petre.

i ℭ Hic A. pōit reglās de regie ablti. Et dic sic. ille q ꝯpat.i. ꝯpationē facit nota gra-

aperte rem videbit multimodũ regimẽ. ipsius. s. ablatiui. Nã in ↄstructione attenditur regimen positiui ↄpatiui ⁊ suplatiui. Deinde põit exẽplũ de ↄpatiuo dicẽs. ditior ẽ auro sapiẽs ⁊c. Et h̄ exemplũ potes expõere p̄ magis aduerbiũ ⁊ eius ↄpatiui positiuũ. dicit p̄ magis expone ⁊c. q. d. expone dictã ↄstructionẽ p̄ magis ⁊ postea videbis regimẽ apte. ⁊ hoc exponit̃ ab auctore: est auro diues regina magis salomone. Ecce iste ablatiuus salomone regitur ex vi ↄparatiui. ⁊ ille ablatiuus auro regit̃ ex ui positiui.
a ℭ Hic A. ponit aliam regulã dicens ꝙ abl̃tũs denotãs ꝓprietatẽ excessus regitur: a dictiõe denotãte q̃titatẽ ex natura q̃titatis excessus. Et ponit exẽpla tã de noĩe q̃z de verbo: q̃ de se patẽt

Est ablatiuus demonstrans[a] quantus habetur
Excessus regit hũc excessum dictio signans.
Hoc lignum digitis excedit quattuor illud
Hoc lignum digitis est maius quattuor isto
Remqꝫ notans fieri[b]: regit id quo res ea fit
Orator verbis vincit vir bellicus armis
Nobile mensuram[c] designans addere debes.
Longum sex pedibus lignũ latumqꝫ duobus.
Uerbum materiam[d]: causam spaciũ preciũ ve:
Aut tempus signans: ablatiuos regit horum.
Que predicta notant. vt frenum fabricat ere.
Ista pudore tacet: stadiis sex distat ab vrbe:
Nocte morans tota panẽ nummis tribus emi
Nomen eis adiunge[e] modũ quod signat agẽdi
Accentu plura proferre solemus acuto
Sepe potestatis[f] nomen subiungitur istis:
A rex hierusalem domini dono h salutem
Synecdochen iungas[g] vt vultu virgo decora
Ornatũ subdis[h]: indutis vestibus albis:
Toti dat ptem[i]: subiecto proprietatem
Sed laudem iungo vel vitupamen vtrinqꝫ

b ℭ Dicit ꝙ dictio denotãs aliqd fieri. regit illud mediante quo fit ex natura cause formalis siue instrumẽtalis: in abl̃tõ casu. vt patet in exẽplo auctoris.

de regimine abl̃ti ex vi excess⁹
de regimine abl̃ti ex vi effec t⁹ cause

c ℭ Dicit ꝙ adiectiuã importantia mensurã ↄstruunt̃ cũ abl̃tõ casu vt pꝫ in exemplo auctoris. ex natura mensure uel quantitatis.
d ℭ Dicit ꝙ dictio d̃notans materiam ut fabrico eas: uel causã ut sileo siles. uel spacium ut disto stas. vel p̃ciuz ut emo emis: aut tempus. ut moror moraris ↄstruũtur a pte post cũ abl̃tis casibus importantibus uel spectantibus supradicta. uꝫ materiã cãm: spaciũ preciuꝫ uel morã. Exempla patent in littera.
e ℭ Dicit ꝙ dictio designans modũ agendi regit̃ in abl̃tõ ex natura cause formalis. ut solumus proferre plura accentu accento. f ℭ Dicit ꝙ dictio significans proprietatẽ ⁊ potestatem. ut rex dominus dux. regunt ablatiuum ex natura effectus cause efficientis. Ut a. i. andreas. uel alius cuius nomen inchoetur ab a rex hierusalem dono domini regitur ex natura predicta. g ℭ Dicit ꝙ ablatiuus interdum regitur per figuram que dicitur synedoche. Exemplum patet in litteta.
h ℭ Dicit ꝙ dictio significans ornatum regit ablatiuum ex natura ornatus: siue ex nature cause materialis. ut indutus uestibus albis. i ℭ Dicet ꝙ totum regit eius partem ⁊ subiectum proprietatem suam in ablatiuo: ex natura declarctionis essentie. Sed utrinqꝫ. i. tã a parte q̃z a proprietate iunge dictionem importantem laudem uel vituperium: q: nec totum posset regere partem simpliciter: nec subiectuꝫ proprietatẽ:

nisi a dictione laudis: vel vituperij. vt pz in exemplis. vir maribus validis. ꝛ femina crinib⁹ albis. Silr expone aliū versum sine additiōe. a ¶ In istis versibus auctor dicit ꝙ nomē adiectiuū vel verbū designās aliquā ꝓprietatē ꝯstruit sextis. i. ablatiuis per quos ꝓprietates significat ex natura proprietatis. Postea subdit ꝛ dicit qđ noīa instrōrum vel cāe ēt iungunt ꝑdictis. Nā ipa ꝯstruunt cū ablrō ex natura instrī. vel cāe exemplū patet in littera. b ¶ Dicit ꝙ dictio denotās carentiā regit abltūz specificantē illam carentiam ex natura cause materialis exempla patent in littera c ¶ Dicit ꝙ hoc verbum interest ꝯstruit cū qnqȝ abltis ꝓnominū possessiuorū. scz mea tua sua nrā ꝛ vestra. Textus est clarus deinde dicit ꝙ hoc v̄bū refert eādē normaȝ seruabit.

d ¶ Dicit qđ dictiones importantes plenitudinē vt plen⁹ ꝛ diues ꝛ ēt paupertatem: vt pauper iops ꝛ egeo ꝯstruunt cū ablrō siue gtō. ut patet in littera.

e ¶ Dicit quod verba in littera posita construuntur cum ablatiuo. Nota tamen qđ reperiuntur cum genitiuo constructa.

f ¶ Dicit ꝙ iste prepositōes de pre corā: ꝛ socie seruiunt ablatiuo casui.

g ¶ Quasi dicat: qđ ista prepositio Super quando ponitur pro đ seruit Ablatiuo. Ut in Uirgilio: Multa super priamo rogitans. idest de priamo.

h ¶ Dicit ꝙ iste casus: scz ablatiuus dat passiuis cum prepositione a vel ab ex natura actus illati ab altero ut patet in exemplis. Cernitur hic a me ꝛc.

i ¶ Dicit qđ uerba ptinentia ad aliquid suscipere ab aliquo. Uel ad recedere ab aliquo regunt ablatiuum cum prepositione a uel ab ex natura recepti uel separationis. Exempla patent in lrā

a ¶ Dicit ꝙ plures sunt ablatiui qui aliqñ ponuntur absolutione. ut in exemplo discere discipuli debent doctore legente. Item ablatiui positi absolute in designatione ꝯsequentie taliter se debent habere ꝙ ad minus sint duo expresse uel implicite. quorum

De regie abltī a qb⁹ dā verbis impsonalibus ex ui ptinētie significante p modū vt ab alio

Uir manibus validis: ꝛ virgo crinibus albis.
Uir fortis dextra: formaqȝ decente puella
Uir dextra fragili: vel forma femina turpi.
Nobile vel verbum[a] designans proprietatem:
Sextis construitur per quos ea significatur.
Aut instrumenti vel cause nomina iunge
Cursu festinus: fulget virtute modestus
Est velox pedibus: blando sermone facetus
Uiribus inuictus: properat pede: voce benign⁹.
Reqȝ carere notans:[b] ablatiuum regit eius
Ut pena carea homo purus crimine viuat
Inter ꝛ est iuncta[c] tibi dāt pronomina quinta
Intererit nostra vestraqȝ meaqȝ tuaqȝ.
Atqȝ sua normam refert seruabit eandem.
Plenus inops[d] casum dant istū siue secundum
Uini vel vino duo dolia plena videto.
Paupere genus inops vino: vel panis egebit.
Dignus cum potior[e] fungor vescor fruor vtor:
Et careo iungo casui tantum modo sexto
Hos casus de. pre.[f] coram socieqȝ gubernant:
Cum super est pro de[g] sexto decet hanc sociare
Iste datur casus[h] passiuis ab preunte:
Cernitur hic a me quandoqȝ videbor ab illo
Uel si susceptum quid signes siue recessum
Sic a te disco libros: a teqȝ recedo:

vnus dz esse pticipalis expsse vel iplicite. vt dicēdo magro legēt pueri pficiūt. dr no-
tanter duo abl'i expsse vl' implicite: qz aliqñ solū vnº expsse ponit. Et h' ptigit qñ talis
abltīus ē pticipiū verbi excepte actōis. vt pluēte intrādū ē domū vbi subintelligit alr
abltīus. s. deo vl' natura. z sic valet illā: deo vel natura pluēte intrādū ē domū. Dicit
q vnº illox dz eē pticipal'. qz si ābo eēt noiales oro eēt in ɔgrua: nisi vnº illox poneret
loco pticipij. Hic ē q incōgrue dr: hoie asino sortes currit. dicit. nisi vnº ponat loco pti
cipij: qz dicēdo sic: deo duce veniā ad te. hic ponuntur duo nominales abl'i absoluti.
sed vnus. i. duce ponit loco illius pticipij ducēte. Similit aliqñ pōt subintelligi ptici
piū. vt deo comite vi-
sitabo Linūa virginis
gloriose. i. deo existēte co
mite: Etiā aliqñ repit
vnicus abltīus absolu
te positus in designati
one ɔ̄ntie. dūmodo tñ
ille equalet duobus.
vt ibi dicto de genere
dicendū ē de spē. vbi
ille abltīus dicto valet
tm̄. i. dictiōe facta.

Sunt ablatini[a] plures rectore soluti:
Discere discipuli debent doctore legente.
Atqz loci nomen[b] quandoqz regente carebit:
Roma militia vel humo vel rure domoqz
Rex venit: atqz means normā seruabit eandez
Seruat idem verbum sine motu: dum sociatur.
Nomen plurale: vel cui sit regula terne.
Qui modo rure canit vernone canet vel atenis
Ac nomen positum[c] sic sepe relatio fiet:
Ut vado romam que menibus eminet altis:
Queris si possit[d] adiectiuum sociari
Ut debet doctas bonus ire scolaris athenas
Per quo qua vel vbi[e] sit questio siue per vnde
Illuc illo foras[f] huc pergis istinc eoqz.
His intro iungas: haci llac pone meando
Hic illinc istinc remeans foris intus z inde
p Articipās qd i ans[g] vel i ens sit dictio psēs
Tus vel sus dat pteritū: rus dusqz futurū

b ℂ Dicit auctor qd
nomā loci: aliqñ ponit
aduerbial'r in abltō ca
su. vz qñ iungit cū vbo
significante motū d lo-
co. vt venio z recedo.
ac ēt cū verbo signifi-
cante motū per locū.
Ut meo z trāseo. Jō di
cit atqz means. Dein
de dicit q idem seruat
verbū sine motu. idest
abltīus aduerbialit po
nitur qñ nomē loci tm̄
pl'aliter declinat. Ut
athene: z venetie. vel
nomen loci est tertie declinationis. vt auinio auinis. quando iunguntur verbo signi-
ficanti permanentiam. vt puta venetijs scribo de his exempla patent in littera.

De regīe obliquox a pncipio.

c ℂ Dicit qd nomina localia sic posita sepe fit relatio. vt vado romam que menibus
eminet altis zc.
d ℂ Auctor videtur respondere cuidam questioni. z mouet eam dicens. Tu queris
si Adiectiuum possit sociari nominibus aduerbialiter positis. Ut doctas Athenas.
Et videtur affirmare vigore exempli. e ℂ Dicit q questio. idest interrogatio fit
de circumstantijs localibus per hec aduerbia. scilicet quo qua: vbi. z vnde.
f ℂ Hec sunt aduerbia que respondentur predictis quattuor interrogationibus. Sz
illa que sunt in primo paragrapho respondentur ad quo z similia. Illa de secundo ad
qua. Illa de tertio ad vbi. Illa de quarto ad vnde.
g h Ic Auctor incipit determinare de regimine quod fit per participia. et pmo
docet cognoscere pticipia per eorum terminationes z tpa. Et dicit: tu dici

to pticipās.i.pticipiū qđ fit in ans vel in ens. vt amās ⁊ legēs eē pñs.i.pñtis tēporis. Et illud qđ fit in tus in sus in xus eē pteritū.i.pteriti tpis. vt amatus gauisus amplexus. Et illud qđ fit in rus ⁊ in dus esse futuri temporis: vt amaturus ⁊ amandus.

a. ¶ Dicit ꝙ pticipia pñtis temporis ⁊ futuri in rus descēdunt a verbis actiuis. Cetera vo.s.in sus in xus in dus descēdunt a verbis passiuis siue passiuā vocē habētibꝰ.

b ¶ Quasi dicat ꝙ verbū deponēs hꝫ tria pticipia vnū in ans vł in ens. ⁊ vnū i tus in sus. vel in xus:⁊ aliud in rus. Preterea dicit ꝙ verbū ꝯmune hꝫ quattuor .s.tria p dicta.⁊ vnū in dus.

c Dicit ꝙ verba q̄ carēt supinis.nō pñt formare pticipiū i rus Et rō ē qꝛ pticipium in rus formatur a supino

d ¶ Postq̄ʒ Auctor. docuit cognoscere pticipia. Nunc docet regimen eoꝝ. Et dicit in ꝯclusione ꝙ quēcunqꝫ casum regit verbū a pte post eundē regit eiꝰ: pticipiū ex eadē pte ex eadē natura. et ex hoc pꝫ multimodū regimē participiorum.

e ¶ Dicit auctor. qđ pticipiū q̄tuor modis transit in nomē. Prio: mō qñ mutat regimen hoc ē qñ regit aliū casū q̄ʒ verbū a quo descēdit vt doctus grāmatice. Scđo mō. qñ pdit tps vt si dicať hō Honorādus.i. dignus honoris. Jtem qñ ꝯpatur vt doctus doctior doctissimus. demū qñ cōponiť cū dictiōe cuꝫ q̄ nō ꝯponiť suū verbuꝫ vt indoctus:nō.n. inueniť idoceo: idoceris

Capl'ꝫ nonū ē i sig̃nali de ꝯstructione.

de ꝯstructione trāsitiua

Quere per actiua[a] presens in rusqꝫ futura.
Que dedit actiuum dabit hec eadē tibi neutrū:
Sunt per passiua tibi cetera significanda:
Deponēs terna [b] tibi dat commune quaternā.
Lex tamen est talis[c]:ꝙ que caruere supinis.
Nō possunt rectum per rus formare futurum.
In verbi genere[d] que sit significatio quere.
Hinc tibi multimodū regimē credas referādū
Dum mutat regimen[e] fit pticipās tibi nomen:
Dum perdit tempus: dū ꝯparat associamus
Jstis cōpositum:dum simplex sit tibi verbum.
e St post predicta[f] ꝯstructio iure locanda.
Jn geminas partes [g] cōstructio scindiť illi
Transitio debet intransitioqꝫ subesse.
Cum ptes:p quas constat [h]:cōstructio plena
Signant diuersa:constructio transeat illa.
Judicium fit idem tanq̄ʒ diuersa notando.
Hanc in membra duo[i] distinguere cōuenit eius
Sunt species simplex que transit:queqꝫ retrāsit
Est intransitio :tibi perpredicta notanda.

f b Oc est nonum capitulum in quo auctor determinat de constructione.⁊ primo se ꝯtinuat cū precedentibus dicens. Constructio ē ordināda iure post pdicta.

g ¶ Dicit qđ constructio diuiditur in transitiuam ⁊ in intransitiuam.

h ¶ Sententia est qđ illa constructio est transitiua que constructibilia habet significantia diuersa. Ut ego amo petrum. deinde dicit ꝙ idem iudicium est de ꝯstructionibus habentibus constructibilia significantia diuersa. Ut ego amo petrum. Uel tanq̄ʒ diuersa. Ut ego amo me. Marcus videt se.

i ¶ Dicit qđ transitiua constructio diuiditur in duo membra. videlicet in simplicem transitiuam ⁊ retransitiuam. Simplex transitiua fit per vnum verbum. Ut amo deū Retransitiua fit per duo verba. Ut amo Petrum ut ipse amet me.

k ¶ Dicit ꝙ constructio transitiua est illa. cuius constructibilia significant idem. Ut homo est animal vel tanquam idem. ut bos est leo. quia denotatur ꝙ bos sit Leo

a ¶ Nunc dividit constructionem intrãsitiuã dicẽs q̃ ꝯstructio intrãsitiua diuidit̃ in simplicẽ intrãsitiuã. Et hec ẽ in qua ꝯstructibilia significãt idem vel tãq̃ʒ idẽ sine aliqua recip:ocatiõe vel reflectiõe actus in idẽ a quo exiuit: vt ego video. ego curro. Et in recip:ocã intrãsitiuã. Et hec est in qua ꝯstructibilia significãt idem vel tanq̃ʒ idem ꝛ cum hoc actus denotatur transire in idem a quo exiuit. vt video me.
b ¶ Dicit q̃ illa que iam dicta sunt de ꝯstructione sunt tibi notificanda p exempla: q̃ sequunt̃. Hic supat sociũ est exemplũ de ꝯstructione trãsitiua vbi ꝯstructibilia significãt diuersa tulius o:at marcũ: est exemplũ de ꝯstructione trãsitiua vbi ꝯstructibilia denotãtur accipi pro diuersis. Cicero exo:at. Marcũ q̃ diligat ipm̃ est exemplũ de ꝯstructione trãsitiua retransitiua q: in ipso denotatur fieri retrãsitio. tullius est marcus est exẽplum de ꝯstructiõe intransitiua simplici vbi ꝯstructibilia significãt idẽ. Bos est leo exemplũ de ꝯstructiõe intrãsitiua simplici vbi constructibilia denotant̃ accipi p eodẽ. Cap:a ẽ iuuencus: ẽ exemplũ de eadẽ ꝯstructiõe hic regit se: Ego rego me. tu regis te: nos diligimus nos: isti sociant se vos diligitis vos. sunt exẽpla de constructione intransitiua reciproca. q: actus vbi denotat̃ reciprocari in idipm̃ a q̃ exiuit.

Per binas speties[a] hãc distingues: q: simplex
Hanc intransitio pariterq̃ʒ recip:oca scindunt.
Ecce per exempla[b] tibi res est notificanda
Hic socium superat: vel marcum tullius orat
Exorat marcum cicero q̃ diligat ipsum
Tullius est marcus: bos ẽ leo cap:a iuuencus.
Se regit hic. ego me. tu te. nos diligimus nos.
Isti se sociant: vos autem diligitis vos
Actus transitio[c] personarumq̃ʒ notentur
Quando nõ transit[d] actus: nec passio cuiquam:
Infertur nunquam: transit constructio plena
Filius alphei: iacobiq̃ʒ maria quiescunt:
C Onstrue sic casum[e] si sit ꝑpone vocantẽ.
c Mox rectũ pones[f] hinc ꝑsonale locabis
Verbuʒ qd̃ p:imo statues si cetera dsint:

c ¶ Quasi dicat q̃ duplex ẽ ꝯstructio. s. actuũ ꝛ ꝑsonaꝝ. Nota q̃ ꝯstructio transitiua actuũ ẽ duplex. Nã aliqñ fit p actũ vehementis transitus. vʒ p verba actiua ꝛ alia. Et aliqñ fit p actũ nõ vehemẽtis. vʒ p verba neutra ꝛ alia. itẽ ꝯstructio trãsitiua ꝑsonaꝝ aliqñ fit p rectũ ꝛ obliquũ. vt capa petri: aliqñ per duos obliquos. vt capã ioãnis. Construe. Trãsitio actus ꝛ ꝑsonaꝝ notent̃: q: vtraq̃ʒ repit̃. vel sic. Constructio trãsitiua actus notat̃ p ꝑdicta: ꝛ ꝑsonaꝝ per sequentia. d ¶ Dicit q̃ illa ꝯstructio in qua nõ oñditur actio transire: et passio inferri ab vna persona in aliã non ẽ plene trãsitiua. sʒ potius intrãsitiua. Et illo ꝓbatur exemplo. Filius alphei iacobiq̃ʒ maria quiescunt. Hinc nõ oñditur actio transire: nec passio inferri ab vna ꝑsona in aliã. ideo non ẽ plene transitiua. Nota tamen q̃ cum dicitur filius alphei ꝛ Maria iacobi fit constructio personarum.

e p Ostq̃ʒ aucto: diuisit ꝯstructionem ꝛ ipius mẽb:a declarauit. Nũc docet ordinarc dictiones in constructione. Et dicit. Tu construe sic. i. vt sequitur. Et ꝑpone casum vocantem. i. vocatiuum si sit: quasi dicat q̃ in construendo tu debes incipere a vocatiuo casu si sit positus in constructione. f ¶ Dicit q̃ post vocatiuũ tu pones mox. i. in ꝯtinẽti: rectũ. i. ntĩm. deinde. i. postea tu locabis ꝑsonale vbũ qd̃ ꝑ° statues. i. qd̃ ꝑncipale dices: si cetera desint. i. si nihil aliud sit qd̃ ponat̃ in ꝯstructione tũc incipies ꝯstructionẽ a vbo ꝑsonali ꝑme vl' scd̃e ꝑsone cũ ntõ subintellecto.

De o:dinatiõe cõstructibilium in cõstructione ꝛm situm. localem ꝑponendi. ꝛ postponendi:

a ℭ Dicit ꝙ post verbū primo positū sepe locatur datiuus ⁊ accusatiuus.
b ℭ Dicit ꝙ aduerbia debēt imediate poni post verbū suū. Sȝ nota ꝙ aliqua sunt q̄ d bent p̄poni. vt puta negatiua interrogatiua relatiua dubitatiua: ⁊ q̄daȝ alie. deinde dicit. Sc̄de scd̄m casuȝ rectori. q. d. ꝙ gt̄us casus dȝ immediate poni post primā dictionē a qua regit. Postea dicit ꝙ vox p̄positiua dȝ p̄poni q̄rto vel sexto quē ipsa regit. q. d: ꝙ p̄positio dȝ p̄poni suo casui vt in exēplo. O petre magister vult hodie nobis lecta d clarare ſm capacitatē ingenij nostri. c ℭ Dicit auctor ꝙ a verbis ꝑsonalibus motum seu inclinationem animi significantibus dare debes verbum infinitiuum. vt volo scribere. Similiter ⁊ q̄busdā adiectiuis ut sunt ista habilis piger aptus ⁊ similia. postea dicit ꝙ veteres olī dixere hanc figuram pulchrā. i. hūc pulchrū modū loq̄ndi. vt habilis currere. i. ad currendū ego sum aptus scriber̄. i. ad scribendum.
d ℭ Hic auctor ↄnumerat aliqua ex v̄bis. q cū infinitiuo ↄstruūt apte post. et dicit. ꝙ n̄ solum ista sȝ ēt v̄ba his ↄsimilem significationē habētia. vt cupio d sidero: ⁊ ēt his ↄtrariam significationē habētia. vt ↄtemno nolo cū infinitiuo ↄstruuntur.
e ℭ Dicit auctor ꝙ tu potes addere multa v̄ba que possunt cōstrui cū infinitiuis p̄cedēte actō vt audio magistrū legere ⁊c̄. Alij sic exponunt multa verba possunt addi p̄dict̄ que quideȝ ante se cum actō construuntur. Ut penitet oportet pudet. ⁊c̄. Postea construuntur post se cum infinitiuo. Ut me penitet male fecisse. Nota tamen ꝙ non omnia verba predicta possunt habere ante se accusatiuum sed bene infinitiuum. f ℭ Dicit auctor ꝙ illa constructibilia que postponūtur verbo: postponuntur etiam participio. vt sicut dico volo legere ita possum dicere volens legere. Dum tamen ipsum participium retineat eandem significationem v̄bi Et hoc dicit ꝓpter participia verborum communium in ans vel in ens ⁊ in rus ⁊ in dus desinentia. Nā lȝ in v̄bis ↄmunibus postponat actūs ⁊ abltūs tn̄ coruȝ ꝑticipijs in ans vel in ens vel in rus desinentibus postponitur solum actūs. q: talia participia tantum actiuam retinent significationem. Participijs vero desinentibus in dus nō postponitur. solum ablatiuus. q: passiuam retinent significationem. Sed participijs in tus vel in sus vel in xus desinentibus postponitur accusatiuus ⁊ ablatiuus. q: vtrāq retinent significationem. g ℭ Dicit ꝙ verbum ꝑsonale hēbit nominatiuum supponentem sibi a parte ante ⁊ non participium. hic committitur hyppalage.

Tertius hinc casus[a] ⁊ quartus sepe sequuntur.
Aut verbo subdes[b] aduerbia: subde secundum
Casum rectori debet vox prepositiua
Quarto prelungi vel sexto: quem regit ipsa
Infinitiuum[c] personale siue quibusdam:
Des adiectiuis: vt sunt habilis piger aptus:
Hanc olim pulchram veteres dixere figuram
Uerba que sunt debet[d] iubet audet vultq̄ȝ pōtq̄ȝ
Nititur ⁊ temptat dignatur scitq̄ȝ mouetq̄ȝ:
Incipit ⁊ tedet piget ⁊ pudet atq̄ȝ meretur:
Et properat gaudet delectat penitet vrget.
Et parat ⁊ discit decet ⁊ solet ⁊ licet adde
Que predicta notant: ⁊ que contraria signant:
Addere multa potes[e] quarto casu preeunte
Que iunges verbo[f]: iunges ⁊ participanti:
